

## D E C O C T A

E T

## I N F U S A.

## DECOCTUM ALBUM.

R. Cornu cervini calcinati, & preparati p. uncias duas,  
 Gummi Arabici p. drachmas duas,  
 Aquæ m. libras tres.  
 Coque ad libras duas, et cola.

## DECOCTUM COMMUNE

pro clystere.

R. Foliorum siccatorum malvæ p. unciam unam,  
 Foliorum chamæmeli siccatorum,  
 Seminum foeniculi dulcis, singulorum p. unciam dimidiam,  
 Aquæ m. libram unam,  
 Coque, et cola.

## DECOCTUM PECTORALE.

R. Hordei distichi,  
 Uvarum passarum, granis exemptis,  
 Caricarum, singulorum p. uncias duas,  
 Glycyrrhizæ p. unciam dimidiam,  
 Aquæ m. libras quatuor.

AQUAM cum hordeo primum coque, deinde  
 uvas adde, postremo caricas atque glycyrrhi-  
 zam paulo ante finem cocturæ, que tum demum  
 perfecta erit, cum liquoris colati mensura dua-  
 rum librarum restet.

AQUA

## AQUA HORDEATA.

R. Hordei perlati p. uncias duas,  
Aquæ m. libras quatuor.

HORDEUM primo a farina adhærente bene  
lavetur aqua frigida; deinde affusa aquæ libra  
circiter dimidia aliquantulum coquatur; hac au-  
tem aqua, quæ colorabitur, abjecta, hordeum  
aquæ præscriptæ bullenti adde, & coque ad par-  
tes dimidiatas.

## FOTUS COMMUNIS.

R. Foliorum abrotani siccatorum,  
Summitatum absinthii maritimi siccatarum,  
Florum chamæmeli siccatorum, singulorum  
p. unciam unam,  
Foliorum lauri siccatorum p. unciam dimi-  
diam,  
Aquæ m. libras sex.  
LEVITER coque, et cola.

## JUS VIPERINUM.

R. Viperam mediocris magnitudinis, pelle, ca-  
pite, & intestinis demptis,  
Aquæ m. libras duas.

COQUE ad mensuram circiter sesquilibra;  
remove ab igne, et cum perfixerit, si vipersa  
recens sit, aufer pinguedinem concretam.

Deinde pullum gallinaceum mediocris magni-  
tudinis exenteratum, cute, adipèque omni de-  
tracto, sed indivisum in hoc jus adhuc frigi-  
dum immitte; igni impone, ut ebulliat; de-  
inde remove ab igne, exime pullum, et statim  
car-

carnem ejus in frustula divide; carnes divisas iterum liquori redde, et igni admove; denique cum primum ebullire incipit, effundatur, spuma caute prius ablata.

### MUCILAGO SEMINUM CYDONIORUM.

R. Seminum cydoniorum p. drachmam unam,  
Aquæ m. uncias sex.

Coquæ leni igne, donec aqua fere instar albuminis ovi lentescat; tum perpannum linteum trajice.

### SERUM ALUMINOSUM.

R. Lactis vaccini m. libram unam,  
Aluminis in pulverem redacti p. drachmas duas.

Coquæ, ut fiat serum bene a coagulo separandum.

### SERUM SCORBUTICUM.

R. Lactis vaccini m. libram unam,  
Succorum scorbuticorum, m. uncias quatuor.

Coquæ, ut fiat serum bene a coagulo separandum.

### INFUSUM AMARUM simplex,

R. Radicis gentianæ,

Fla-

Flavedinis cōticūm limonūm recentis sedulo  
ab alba interiori cōticis parte separatæ,  
singulorū p. unciam dimidiā,

Flavedinis cōticūm aurantiorū Hispalen-  
sium item ab interiori cōticis parte separa-  
tæ et siccatae p. fēsquidrachmam,

Aquæ bullientis m. uncias duodecim.

Post macerationem per horam unam aut al-  
teram cola per chartam emporeticam, vel pan-  
num sine expressione.

### INFUSUM AMARUM purgans.

R. Foliorū senæ,

Flavedinis cōticūm limonūm recentis, fi-  
gulorū p. drachmas tres,

Radicis gentianæ,

Flavedinis cōticūm aurantiorū Hispalen-  
sium siccatae,

Seminum cardiamoni minoris decorticato-  
rum, singulorū p. drachmam dimidiā,

Aquæ bullientis m. uncias quinque.

Post macerationem liquorem frigefactum  
cola.

### INFUSUM SENÆ commune,

R. Foliorū senæ p. fescunciam,

Crystallorum tartari p. drachmas tres,

Seminum cardiamoni minoris decorticato-  
rum p. drachmas duas,

Aquæ

Aqua m. libram unam.

CRYSTALLOS tartari in aqua coquendo  
solve; deinde aquam adhuc bullientem reliquo  
affunde, et, postquam refrixerit, cola.

### INFUSUM SENÆ

limonitatum.

R. Foliorum senæ p. fescunciam,  
Flavedinis corticum limonum recentis p. uni-  
ciam unam,  
Succi limonum m. unciam unam,  
Aqua bullientis m. libram unam.

MACERA, et liquorem frigefactum sola.

### AQUA CALCIS

simplex.

R. Calcis vive p. libram unam,  
Aqua m. libras duodecim.

AFFUNDE gradatim aquam; post ebullitionem  
subfida calx, et liquor per chartam co-  
letur.

### AQUA CALCIS

minus composita.

R. Glycyrrhizæ p. unciam unam,  
Corticis fassafras p. unciam dimidiam,  
Aqua calcis simplicis m. libras sex.

MACERA sine calore per biduum, et cola.

### AQUA

## A Q U A C A L C I S

magis composita.

R. Ligni guaiaci rasi p. libram dimidiam,  
 Glycyrrhizæ p. unciam unam,  
 Corticis sassafras p. unciam dimidiam,  
 Seminum coriandri p. drachmas tres,  
 Aquæ calcis simplicis m. libras sex.

M A C E R A ut antea, et cola.

## TINCTURA ROSARUM.

R. Rosarum rubrarum immaturarum, abjectis  
 unguibus, p. unciam dimidiam,  
 Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, p. scrupu-  
 lum unum,  
 Aquæ bullientis m. libras duas cum semisse,  
 Sacchari purissimi p. fescunciam.

A Q U A primo admisce vitrioli spiritum in  
 vase vitro, vel fictili vitreato, et in mixtura ro-  
 ras macera; liquorem frigefactum cola, et adjice  
 saccharum.

## ACETUM SCILLITICUM.

R. Scillarum fccatarum p. libram unam,  
 Aceti m. libras sex.

M A C E R A scillas in aceto leni calore; deinde  
 exprime, et sepone, ut fæces subsident: deni-  
 que aceto defæcato adde Spiritus vinosi tenuioris  
 duodecimam circiter partem, ut diutius a fæcu-  
 lentia conservetur.

AUDIA

VINA